DIGESTO-RVM, SEV Pandecta-rum

PARS QVINTA:

QVAE DE TE-STAMENTIS EST.

*

Cum Priuilegio Regis.

LVGDVNI,
Apud Gulielmū Rouillium.
1581.

PARS QVINTA, AD TESTAMENTA ET CAETERA VLTIMI TEMPORIS NEGOTIA PERTINENS.

***

NOVEM LIBRIS SEQVENTES TITVLOS COMPLECTITVR.

Primo, qui totius corporis XXVIII. *eſt, octo titulos.*

I. Qui teſtamentum facere poſſint, & quemadmodum teſtamenta fiant.

II. De liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exheredandis, vel præteritis.

III. De iniuſto, rupto, irrito facto teſtamento.

IIII. De iis, quæ in teſtamēto, delentur, inducuntur, vel inſcribuntur.

V. De heredibus inſtituendis.

VI. De vulgari & pupillari ſubſtitutione.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM

PARS QVINTA.

INCIPIT EX ORDINE.

LIBER VICENSIMVS OCTAVVS.[v]

QVI[v] TESTAMENTA FACERE POSSVNT ET QVEMadmodum teſtamenta fiant.

MODESTINVS libro ſecundo Pandectarum.

TESTAMENTVM[v] *eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit.*

II. LABEO lib. primo poſteriorū Iauoleno Epitomatorum.

IN eo qui teſtatur, eius temporis quo teſtamentum facit, integritas mentis non corporis ſanitas exigenda eſt.

ᵛ Additu
in indic
Singula
riū libe
nonus.
in man
ſcri. adc
tur, De
ſtamen
primus.
ᵛ In vul
De teſta
ment's
qui teſt
men. fa
poſs.
ᵛ Dictu
ex con
ſtation
méis.
ſti. eod
Gell. lib
6. c. 1. 2.
milem
rè defin
tioné v
de ap
Vlpia.
fragm
dem ci

LIBER TRIGESIMVSQVARTVS.

DE ALIMENTIS VEL CIBARIIS LEGATIS.

Legato alimentorum cedit aqua quæ eſt venalis. Bart.

VLPIANVS libro quinto de omnibus tribunalibus.

SI ALIMENTA FVERINT legata, dici poteſt etiam aquam legato ineſſe, ſi in ea regione fuerint legata, vbi venundari aqua ſolet.*

*Vt in Africa & Ægypto l. 14 §. 2. infrà.

II. MARCIANVS lib. octauo Inſtitutionum.

SI quis libertis alimenta reliquerit: etſi legati fuerint ſerui, & rogati legatarij manumittere: ad fideicommiſſum admittuntur. vt & Diui quoque Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. & licet ad fiſcum bona fuerint deuoluta, ex quibus alimẽta debeantur, præſtanda ſunt, ſicuti ſi ad quemlibet ſucceſſorem tranſiſſent.

III. VLPIANVS libro ſecundo de officio Conſulis.

Sol